



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

349. Quis in genere sit modus dandi Coadiutorem cum futura successione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](#)

CAPUT QUARTUM.

De Causa formalis, seu forma & modo concedendi & impre-
trandi Coadjutorias.

*Questio 348. Quis modus concedendi Coad-
jutoriam temporalem?*

Respond. Praterquam, quod tempora-
lis Coadjutoria forma sat clarè
doceatur in *título de Cler. agrot.* dum
Rector ecclesie sublevanda debili-
tatis gratiâ Coadjutorem tempo-
ralem ab Episcopo desiderat, solennitas alia non
requiriur, quam juret, non valere se p̄ infir-
mitate manus sibi incumbens explere. Remouch.
de Coadj. c. 10. n. 4. Et si fuerit persona suspe-
cta simulationis, quæ delicata fortè potius ad
excusandum onus id petat, & per aspectum cor-
poris aut alter verisimiliter probare nequit infir-
mitatem seu inidoneitatem, adhiberi debet medi-
ci & domesticorum attestatio. Remouch. *loc. cit.*
n. 5. citans Vallenf. *ad iur. de Cler. agrot. n. 3.* Datus
verò aliis pra seuij, infirmitate, aut alio quovis
impedimento detenus negligit aut recusat ex re-
nacitate & meru deperdenda alicuius portiuncula
ex obvenientibus petere Coadjutorem in ecclesi-
a & subditorum grave præjudicium, dandus est
illierat invito Coadjutor temporalis authorita-
te Episcopi vel superioris, justificata tamen prius
qualitate & inidoneitate Coadjuti. Remouch.
loc. cit. n. 6. Verum de isto Coadjuvandi consensu
infra accuratius.

*Questio 349. Quis in genere sit modus dan-
di Coadjutorem cum futura successione?*

Respond. Coadjutoris his concedendis tam
respectu electivorum (quales in Germania
sunt Episcopatus, Monasteria, & ferè Propri-
tate, Decanatus similesque dignitates) quam
beneficiorum voluntaria collationis, formam
claris terminis praescribit Tridentinum *loc. cit.*
nempe quod coram Papa expositis & approbatis
causis necessitatibus, aut evidenter utilitatis ecclesiæ,
& per illum approbatis, prout & qualitatibus à
jure requisitis, is det Coadjutorem cum futura
successione, alia grata hæc sit subreptitia & nulla.
Barbos. *l. 3. c. 10. n. 47.* quam tamen formam
Remouch. *loc. cit. n. 10.* ait, nou ita restringen-
dam, quin multa alia ex tacita consequentia jux-
ta antiquos Canones, & pro ecclesiistarum utilitate,
quibus dandus talis Coadjutor, pariter inesse seu
requiri intelligantur. Unde sit

*Questio 350. Qualis requiratur dictarum
causarum, & qualitatum cognitio?*

Respond. Requiritur, ut hæc causa necessi-
tatis, aut evidenter utilitatis diligenter dis-
cutoriatur à Pontifice, ut & in Coadjutorem as-
sumendi qualitates, ita ut certum ei sit, qualita-
tes omnes in eo concurrendo, quæ à jure & decretis

eiusdem Concilii in Episcopis requiruntur. Bar-
bos. *loc. cit.* causaque illa & qualitates ideo dilige-
nter examinata & probata requiruntur; quia
istiusmodi Coadjutoria omni jure detestabiles
sunt, & solo stylo inventa, ut ait idem Barbos.
ex Sanch. conf. mor. l. 2. c. 2. dub. 64. n. 1.

2. Tametsi autem textus Concilii videatur
de forma requirere cognitionem judicialem, par-
ticula tamen illa diligenter aliud non vult, quam
indaginem & scrutationem aliquam extrajudicia-
lem cauarum, cum judicialis disquisitio perti-
neat solum ad contentiosa judicia; in gratiosis
verò Principes contententur, moverique soleant
informationibus & attestacionibus extrajudicia-
libus. Remouch. *c. 10. n. 12.* Solet tamen fieri illa
causarum & qualitatum cognitione à Papa in Con-
cilio per Cardinales. Paris. *de resign.* *l. 7. q. 20.*
n. 15. Remouch. *n. 13.* Card. de Luca *de Regular.*
d. 53. n. 14. ubi, quod, ut Papa arbitrium sum in
concessione gratia coadjutorialis bene interpo-
nat, petitionem Coadjutoris examinandum re-
mittit ad consultationem S. Congregationis Con-
ciliaris, gerentis partes Assessoris seu Consulto-
ris Papa, qui ex laudabili & prudente stylo cir-
cumspicit in hac materia procedere solet, idque
propter aruditatem & momentum negotii. Lo-
quuntur enim hi AA. de Coadjutore Episcopi, &
Card. de Luca de Coadjutore Abbatis. Unde
à contrario non videatur requiri illa cognitione facta
consistorialiter, dum experitur Coadjutor pro
inferioribus beneficiis, pura Canonica et c. &c.
aliòve beneficio nou solito provideri consistorialiter.
Unde jam etiam opus non esse gratiam Coadju-
toria talis expeditam in forma dignum. Inō nec
sic expeditam cum remissione ad Ordinarium lu-
per veritatem narratorum sufficere propter aper-
tum & clarum sensum Concilii in particularibus prius
& coram. & quod dicatur: qualitates concurrendo cer-
tum sit, quasi sufficiat, quoque modo Papam
consistorialiter certum fieri & plene informatum
ait Remouch. *loc. cit. n. 14.* & 15.

*Questio 351. Si ergo mortuo jam Coadjuto
contingat, alterius, ad cuius collationem
alias spectasset Coadjuti beneficium, autho-
ritate provideri de eo, contempta Coadju-
toria, pretendendo, causas eiusdem esse
falsas, & gratiam nulliter & subreptitiæ
impetratas, Coadjutor teneatur justifica-
re causas in gratia Coadjutoria insertas,
alia cessa omnis reservatio & gratia?*

Respond. affirmativè. Lotter. *de re beneficia-*
ria. l. 2. q. 25. n. 33. & 34. & ex eo Remouch.
citans Gemin. in c. *presenti. n. 2. de off. Legat.* in-
est enim semper clausula: *salvo jure tertii.* & si
pre-